

8894

1765,28.

PROCANCELLARIUS
D. AVGVSTVS FLORENS RIVINVS
FACVLT. IVRID. ASSESSOR. CAPITVLI
WVRCENSIS DECANVS
SVMMOS IN IVRE HONORES
PRAESTANTISSIMO CANDIDATO
DOMINO
IVSTO HENNINGIO HOMMELIO

L I P S I E N S I
D. XXX. MAI A. S. MDCCCLXV.
T R I B V E N D O S
I N D I C I T.

TRAGÖDIE
D. ALEXANDER HERZLS RIVALS
SCHLAGEN IN DER HÖHLE
VON
JASPER HEDGES
DAMALIGE
ZEIT
VON
DR. J. W. VON GOETHE
DARSTELLT

Sunt in omni fere eruditionis genere quaedam capita, quae fato quodam, non dicam harmonia praefabilita vel profus non, vel rarius, aut per transennam saltē respici solita. Horum in numero prae aliis in Iurisprudentia, ea, quae Iuris Canonici et Ecclesiastici legibus diudicanda veniunt. Erit forte operae pretium, nisi nos omnia fallunt, eadem in medium producere sensim sensimque. Exemplo sit in praesentiarum tam inter protestantes quam pontificis in item saepius deductā nulli satis exhausta doctrina de iure patronorum praesentandi et vocandi ministros cultus diuini in ecclesiis unitis. Illud dubio caret, partes praecipuas iuris patronatus, imo essentiales esse praesentandi potestatem ex vnam obseruantia in oriente pariter ac occidente CARPZO V. Iurispr. Eccl. L. I. T. IV. def. 43. num. 1. 5. 6. 7. ibique BEYER in addit. LYNKER dis. For. Cent. IV. ref. 307. p. 49.

Patrono debetur bonos, onus, emolummentum:

Praesentet, praefit, defendat, alatur egenus.

Falliturque ESPENIUS, dum P. II. I. E. T. XXV. cap. V. ss. ii. negat, praesentationem essentiam istius iuris constituere, ex eo quia alicubi ius praesentationis absque patronatus iure competere possit. Aliud enim est praesentare absque iure patronatus: aliud patronum esse sine praesentandi potestate. Neque fauet eius sententiae prognatum ex aemulatione episcoporum Saeculo XII. discrimen ecclesiarum liberarum et patronatarum, quod posteriore loco nominatas nullo modo exemit collatorum autoritati.

Dicit autem ius patronatus originem sive ab aedificatione sive donatione ecclesiarum ut plurimum: quamobrem illud beneficii, potestatem vice ecclesiae vniuersae nominandi eos, qui imposterum sacra in eadem administrant dirigendique administrationem bonorum ecclesiasticorum, lege gratitudinis induit superiorum largiri solet, Nou. LVII. c. 2. adeo, vt eadem possessiblēs feudorum literis inuestitura expressum concedatur: quin vbi de illa inter priuatos dominos iurisdictionis praediorum in quibus ecclesiae vnitae sitae sunt lis oritur, praesumtio istius iuris competentis pro posseſſore seu domino loci prae alio in eodem iurisdictione non gaudente militans, auctoritate legum sufficiat a LEYSER Med. ad Pand. Sp. DCLXV. med. 47. Immo licet non appareat, exstructorem templorum sibi ius patronatus reseruasse, tamen Patronatus ius ipsi in faluo sit c. 33. Caus. XVI. Qu. VII. c. 25. X. de iure patron. WESENBEC. Conf. XLIX. n. 10. Contingit vero unio ecclesiarum semper ob fonticas causas: quae potissimum censentur vrgens aliqua necessitas aut euidens utilitas c. 33. ss. si euidens X. de praebend. c. 4. X. de act. et qual. ord. praefit. quae se exerunt, dum numerus coetum fidelium in aliqua ecclesia constitueſſet, nimium exiguum: aut securitati eiusdem defendenda adſcendendo in eundem

IV

dem plures vicinos consulendum: redditus alendo parochio ex dignitate ecclesiae sunt impares: tempore calamitoso penuria habilium ministrorum singulis coetibus praeficiendorum se exerens; vicinitas et opportunitas locorum indeque enata consolidationis facilitas, et quae sunt eius generis aliae de quibus ex instituto BEYER in add. ad CARPZOV. I. E. L. I. def. 155. 156.

Exinde prono fluit aliueo, quod vnioni ecclesiarum non includatur, neque per eam immutetur, sed in pristino seruetur statu quicquid neque ex fine vnionis fluit, nec ratio eius vrget BOEHMER I. E. Prot. T. II. L. III. T. V. §. 184. IOH. NIC. HERTIVS de Eccles. filiab. §. IX. Nihil vero prorsus ad seruandum nexum ecclesiarum inter se facit, quo iure patroni earundem circa presentationem pastorum vel aliorum, qui in ministerio diuino penes easdem sunt constituti, vtantur. Adeoque illius exercitium in pristino statu permanere nil vetat. Potius e re erit, ecclesiarum etiam coniunctarum, vt, quae antea singulae singulorum patronorum sollicitudini erant commendatae, earum saluti nunc communi plurium consilio ac prouidentia prospiciatur. Reste igitur concludimus, iuri patronatus per vniōēm ecclesiarum nil quicquam derogari; neque tacite quenquam patronum in eandem consentientem, iacturam quandam pati. Nec interest, siue per subiectionem siue simpliciter vniāntur. Evidēm vulgata regula: filia sequitur matrem. Vult insuper Pontifex c. 3. X. de eccl. aedif. vt competens in filia honor ecclesiae matrici conferuetur. At enim uero illa reuerentia ac sequela nexum ecclesiarum inter se et praerogatiua respectiuam saltim concernit; patronos non attingit. Generatim etiam quod dicitur filiam cum ecclesia matrice vniōē subiectua siue quae subiectionem inferat, coniungi, qua de re videndus s. LEV. 20. 24. de vniōē eccl. et benef. Diff. I. Cap. III. §. 3. cum grano salis accipiendo, vt subiectio improprie illa intelligatur, quae se exerit intuitu reuerentiae, quam filia velut inferior sacro matris ecclesiae ministerio debet HERRIVS l.c. §. XIV. Quae etenim subest causa praerogatiua? Solet ut plurimum quae matris nomine venit casu fortuito talis constituta, cuius pastor isto tempore quo cum filia in unum corpus sacram coalescit superstes existit, ideoque in officio permanet ac in promtu est: aut quae templo aedibusque parochianis est instructa. Dum vero fortassis maximam partem ad salaria confert, id absque ullo merito, ob numerum personarum, quae in matre sacris vtuntur; laborumue multitudinem; aut etiam propter commoda maiora, quibus parochiani matris perfruuntur, naturali aequitatis et iustitiae distributuac ratione ita frequentissime contingit. Ea propter saepissime incidit, vtra inter vnitatis sit mater censenda? quae filia? quaestio, quam, vbi lex conuentionis deficit, nec praesumto ex verbis vocationis, in qua forte una tantum nominatur, ad quam quis designetur pastor, reliqua tacite subaudiuntur, aut existentia templi,

templi, in quo cultus diuinus celebratur, aut etiam habitaculo pastoris, aut ex eo, in qua ecclesia inuestitura facta, iuxta ea, quae apud **FINKELTHAVSIVM de Iure. Patron. C.V. n. 62. MENOCH de Praef. VI. pr. 72.** **CAR PLOV Iurispr. Conf. L. II. d. 343. n. 5.** leguntur, elici potest, ita decidendam censem, potius aequaliter omnes esse iunctas videri. **HERTIVS l. c. §. XV.** Sunt alii, qui, etiam si dent, quod mater superior sit, tamen eandem superioritatem tantum respectu habito ad pastorem, qui in ea sedet, restringunt; idque analogice, ducto argumento a superioritate territoriali, quae nihil quidquam ex filiatione detrimenti capit; dum ecclesia filia non subiicitur cognitioni Consistorii vel Episcopi aut superioris cui mater subest **HARPRECHT Conf. XII. num. 53.** Utitur hoc argumento hanc quaestionem ex instituto tractans **LAMMIUS in Obs. Misc. Obs. X.** ad sententiam Scabinatus Ienensis Mensē Mart. 1715. latam prouocans, cuius subiunxit rationes: *Die weil bey filialen herkommen, dass der dominus territorii sein Ius episcopale behalte, und diejenige hobe Herrschaft, welche die Hauptkirche in ihren territorio hat, über das in fremden Landen gelegene filial in ecclesiasticis was zu befehlen und anzuordnen nicht befugt.* Qua occasione, qui plura iura Principis quoad ecclesias unitas in diuersis territoriis constitutas; imprimis quid inter Sereniss. Domum Electoralem Saxoniam et Ducales obtineat nosse cupit, remittendus est ad **SLEVOGT de unione Eccl. et benef. Diff. III. Cap. I. §. 3.** Ut vt vero non omnino regalibus ac supremis summorum Principum iuribus priuata compatriorum priuilegia inde dependentia comparanda attamen non prorsus inadaequata est argumentandi ratio.

Habet tanto minus dubitationis ea res, siquidem patronus ecclesiae filiae eandem fundauit vel dotauit, aut etiam antecessores eius, vel maiores; in cuius munificentiae ac pietatis pensationem, quod supra monuimus, potestas de cura animarum prospiciendi, vel ex ipsis primitiue ecclesiae placitis derivari poterit, adeoque eidem afferenda. Nam et ad successores vna cum feudo vel possessione praedii intuitu cuius ea liberalitas exercetur, transit, vel si absque respectu reali, solo studio religionem promouendi, ac propagandae fidei causa tale quid suscepimus, descendantibus ac posteris consulere quemquam voluisse verosimile: Quandoquidem causa fundationis est perpetua finisque perpetuus, vt in eadem concione eodemque loco fixus seruetur cultus nominis diuini, cuius maiorem sollicitudinem habituri, qui ab eo causam habent et quorum maxime tanquam possessorum interest eodem perfrui **ZIEGLER de Dote Eccl. Cap. VI. §. 2. f.** Ideo prae sumptione iuris et de iure ita munitus patronus ecclesiae filiae; multo magis sine subiectione unitae vt actione negatoria vtili aduersus patronum ecclesiae matris vel compatriorum, qui eundem ab exercitio iuris compatrionatus excludere cupit, experiri possit: Quippe illo iure non excidit, nisi eidem expresse in fauorem alterius patroni aut compatrioni renunciet, per ea quae hac

VI

de re, insimulque de obseruantia Saxonica testatur HERTIVS l.c. §. X.
 aut si per praescriptionem ab eadem excludatur. Quod vsque adeo
 verum est, vt nequidem si patronus ecclesiae matris sit in quasi possessione
 praefentanea solitariae praesentationis, is ab onere probandi iuris com-
 petentis seu tituli possessionis in petitoris liberetur. Quidquid enim vul-
 go traditur, possessionem parere praesumptionem pro posse, quod
 iuste possideat; ideoque istum ne quidem ex L. Diffamari ad probandam
 causam possessionis provocari posse. Attamen non modo illud exceptio-
 nem patitur vbi possidenti aduersatur iuris presumptio v. g. dum decimae
 in aliena parochia exiguntur c. 29. X. de decim. CARPOV P. II. Conf. IX.
 def. 4. STRYCK de necessit. ed. tit. poss. verum etiam vsu fori generatim
 praeualeat opinio, in possessionem quoque vbi petitorie instituta negatoria
 actio, onus probandi deuoluti. In quas partes iuit Ordo noſter nuperri-
 me, sententiam exterorum, quae probationem iniunxerat in causa decima-
 rum easdem petenti, vt vt in possessione constituto, leuteratione inter-
 posita confirms in biuis simul transmissis causis a Praef. Cob. in c. Wurzb.
 Pr. Z. c. S. et eiusd. c K. in priori sequentibus: *Domnächt vsu fori vielmehr*
schlechterdings die Meynung angenommen, daß negatoria in allen Fällen wo
etwas wieder die natürliche Freyheit als eine Beschwerde verlanget wird, flatt
haben, und das onus probandi auf den der dergl. verlanget, lege: dergl.
Stalt praesumptio libertatis die praesumptionem fäßt, als possessionis, vicini-
taris, iuris quaeſiti und dergl. überwiege, auch der Natur der Sache gemäß-
ser, daß da keine negativa praegnans oder virtualis affirmativa vorwalte
nicht neganti sondern affirmanti der Beweis leichter werde und obliege.
In posteriori, huius tenoris: An sich aber ein numekro angenommener Satz,
dass weder posſeſſio noch andere praesumptiones denjenigen der ein onus von
einem Grundstücke verlange von dem onere probandi befreye, vielmehr dieser
das Befugniß als in affirmativa sich gründend zu erweisen pflichtig sey dar-
gegen der Eigenthümer negatiuum vor sich hat, und die praesumptio liberta-
tis naturalis allemahl stärker, als die ex posſeſſione oder sonst erwachsende.
Überhaupt Zebenden, zumahl diejenigen welche Stifffer von Secular Grund-
stücken begekren ein ius singulare, redditis rationib⁹.

Nec inique praescriptionem immemorialem desiderabimus ad acqui-
 rendum priuatuum ius praesentandi. Primordiis iuris patronatus est con-
 sentaneum, nemini posse obrudi pastorem, siquidem ab initio illustres vel
 diuites familiae sua sibi oratoria domestica habebant; illisque peculiares
 sacerdotes praeficiebant cultus priuati causa BOEHMER de Iure Patron.
 §. XIX. et XXV. Et ipsis Resol. Grau, patris de anno 1609. T. v. Conf. Sa-
 chen §. 1. P. I. Cod. Aug. p. 169, nec non de anno 1661. eod. T. §. 9. p. 201. quae non
 patiuntur quenquam turbari in fruitione iuris patronatus. In causis eccl-
 esiaſticis quadragenaria alias praescriptio accidente quadriennio restitu-
 tis in integrum absolvitur. At enim vero hoc circa longior annorum
 series

series ut decurrat res ipsa postulat. Desiderant quippe tales, cuius initii non extet memoria eo casu, ubi sola praescriptione filialis ecclesia efficienda est, complures canonici et ecclesiastici iuris doctores, e quibus M A S C A R D V M de Probat. Concl. DLXXXVII. nominasse nobis sufficiat. In promtu ratio est. Fauor piarum causarum, vtque ad dotandum et aedificandum religiose excitentur mentes quamplurimae, videndo fundationes suas inconcussas perseuerare. Idem argumentum si non efflagitat prorsus, suader tamen sarta testaque sustineri patronis ecclesiarum filiarum priuilegia, quibus ante incorporationem vel combinationem gauisi, ideoque cauere quo minus iniqua conditio iis inferatur atque deterioris reddantur. Forte dixeris etiam, esse rem merae facultatis, sicut in terris alienis et extra ecclesiam patriam aut in uno eodemque loco pluribus existentibus ecclesiis alterna sacra frequentare, ita ecclesiae filiae separatim pastorem diligere; desicereque terminum a quo praescriptionis quadam deficiat actus contradictorius, aut cum significatione expresa intentionis alterius concurrentiam excludendi suscepimus. Expediti iuris est, patronum futurae ecclesiae matris audiendum esse, antequam eidem filia fungatur, quo minus ipsi inuito ratione filiae vniendae nouus compatrionus societur B A V M G A E R T N E R de Ecclesia Matre Cap. III. §. 4. Quidni ergo in suffragia vocandus patronus filiae quo minus excludatur hic imposterum; vel matricis obtentu, huius patronus eidem superinducatur, tantum non praferatur. Cuius consensu neglecto, prorsus nulla et illegitime facta filiatione reputanda est, quod vitium nulla nisi immemoriali praescriptione sanari poterit. Accedit ius canonicum, cuius placitis hic standum, per c. f. X. de praefr. in omnibus aliis praescriptionibus continuam exigere bonam fidem, nec ullam possessionem cuiuscunq[ue] sit durationis prodesse debere possidenti, adeoque malam fidem perpetuo obstat, in filiam patronatus ius proprio auctu affectanti. Neque bona dotalia subiacent alii quam immemoriali praescriptioni A V T H. quas aet. C. de S. S. Eccl. c. 4. 6. 8. 9. 15. X. de praefr. quicquid dissentiant inter protestantes H O R N Cl. I. Resp. 21. B R V N N E M. in I. Eccl. L. II. c. II. C A R P Z O V L. II. def. 300. ergo per pronam consequentiam nec ecclesiae de dote prospiciendi potestas, cum annexis praerogatiuis aliam patitur praescriptionem. Non difitendum tamen, ponderosum esse dubium in contrarium, quod ius patronatus docente A L E X S E R Sp. CCCCLXII. corol. 4. qui illud non inter res merae facultatis sed singularia, (quamuis in thesi Med. 3. et 6. in rebus merae facultatis possessionem per vsum solitarium eti longissime exercitum non acquiri, nec solo non vnu extingui largiatur,) refert, per non vsum vnicē amitti possit; ergo non opus esse praescriptione immemoriali, verum sufficere neglegētum exercitum existentibus occasionibus videatur, ac ex opinione quorundam optimae notiae virorum, is qui ultimum adūm praesentationis exercuit, bona fide tamen, tanquam in quasi possessione constitutus

VIII

constitutus praeferendus sit, et is saltim qui praescriptione XXX. vel XL. annorum hoc ius acquisuit pro patrono habeatur, ut de dotatione vel fundatione non constet. SCHILTER *Inst. Iur. Can. L. I. T. XIV.* §. 12. quocum conspirat in Saxonia El. *Rescr. El. Iob. Georg II. Cod. Aug. P. I.* p. 862. vi cuius in dubio ratio possidentis hoc circa melior. Sicut affertur, alicui ius patronatus contra ecclesiam per eandem praescriptionem adquiri posse et ecclesiam contra ecclesiam eadem praescriptionem vti FLEISCHER *Einl. zum Geistl. R. L. II. Cap. XXI.* §. 7. Idem censet de solitaria praesentatione per XL. annos continuata ANTONELLVS de Tempore legali *L. III. Cap. XV. n. 22.* qui et alia singularia de iure praesentandi habet ibidem. Minimum hic eadem distinctio locum sibi vindicabit quam circa ipsam vniōnem ecclesiarum admittunt, dum nempe si titulus vniōnis ad possessionem accedat ultra XL. annos legitimam praescriptionem non protrahendam putant. Sin autem sola possessio nullus vero titulus ac vniōnis color exigit, tanti spatii possessionem requirunt ut initii eius non extet memoria, quea sunt verba SLEVOGTII de *Vn. Eccl. et benef. Diff. III. Cap. II.* §. 9. p. 155.

His ita praestructis facile patet, in dubio concurrere compatronos et patronos ecclesiae matris, filiae, vel alio modo vnitae, aequali iure. Hinc incumbit Patrono matricis, ut ad noticiam reliquorum patronorum perferat in scriptis, vita defunctum esse parochum vel verbi diuini ministerium, in cuius locum alias surrogandus, quo in aliud eligendum et vocandum conueniant FINKELTH. de *Iure Patr. Cap. V. n. 64.* et quidem pro numero ecclesiarum vnitarum vota conferunt. At ubi non amice conspirant, pluralitas vincit. Sin aequalis numerus votorum, vel sorti res committenda, vel decisionem Episcopi, ac in terris euangelicorum iura episcopalia administrantia Consistoria sibi vindicant. Plurimum ecclesiarum filiarum eiusdem matris vel vnitarum patronus intuitu cuiusvis ecclesiae peculiari voto perficitur. Concurrentibus pluribus possessoribus feudi cui ius patronatus reale cohaeret, pluralitas votorum computatur non viri tim seu secundum numerum personarum, sed curiatim et secundum lineas siue ratas possessorum aut sumtuum in conseruationem ecclesiae erogatorum LYNKER *Disc. for. Cent. VI. resol. 537. p. 976.* et in quaquis linea seu portione, que diuersis confar individuis, inter eadem pluralitas vincit ita ut v. g. existentibus tribus lineis, una et duae tertiae alterius lineae rem conficiant, quemadmodum decisum in Reuerendissimo Consistorio Lipsiensi in causa B. et cons. c. B. Mensis Aug. 1753. approbante id Rescripto reiectionis illustris Regiminis Dresd. mense Oct. ei. ann. In qua ipsa causa illud quoque obtinuit: non posse quenquam patronorum electione rite perfecta a voto suo discedere. De personali iure praesentandi disponit Clem. 2. de *Iure patron. ac consulendus FLEISCHER l. c. §. XV.*

Idem

Idem quod circa electionem seruntur, obtinet quoad subscriptionem vocationum et literarum praesentationis: vbi tamen videoas non raro patrum ecclesiae matris primo loco; aliquando, vbi de eo quae ex filiabus aut vniis fundatione antiquior sit, vel quae prior matri iuncta constat, illius senii habita ratione; vel etiam hoc modo, vt ii, qui quorumque antecessores in feudo iure patronatus ornato, diuturniore tempore id posse derunt et frequentiores actus praesentationis exercuerunt praecedant, subscribere; (qui idem ordo in precibus publicis pro patronis emitendis obseruari solet) Rarissime iuxta dignitatis praerogativam; interdum separatum praefantur. Similiter res componitur, quando de loco electionis disceptatur *s L E V O G T cit. Diff. III. cap. I. §. 6. p. 15.* Ad uitanda omnia haec incommoda alternativam, quod per turnum fieri dicitur, et electionis et praesentationis actus suscipi interdum confuevit *z I E G - L E R ad Lancel. T. 28. §. 12.* Generatim vero quid vsu receptum, vel pactis definitum in quavis ecclesia sit, euoluitur.

Sin nimium difficultatis ea res simultanei exercitii iuris patronatus habet, ac renascentes quoquis casu obueniente oriuntur dissensus, circa designandum vel praesentandum ministrum in ecclesiis sociatis, nulli dubitamus assertere, patrono filialis semper recursum ad dissolutionem plenariae ecclesiarum unitarum et exsilioationem suae, patere, nisi ipsum cultum Numinis diuini ex eo detrimentum capere aut eidem derogari in aprico sit, contradicente quantumvis patrono ecclesiae matris.

Obstare videtur, nemini ius quae situm auferendum esse; nec absimile illud consilium esse turbationi sacrorum. Ideo principiis pontificis consentaneum censetur, vnitatis semel ecclesiis denuo dissociandas non esse nisi vel euidens vrititas ecclesiae vtriusque, aut saltē vnius, absque alterius praeiudicio illud efflagiter, saltim suadeat, *s L E V O G T de Diuis. Ecclesiar. et benef. Diff. III. p. 121.* vel ab initio vnititionem non rite fuisse susceptam probari queat ab eo qui separationem intendit et aduersus quem ex vetustate praesumtio pugnat *B O E H M E R I. E. P. L. III. T. V. §. 205.* At enim vero deficit iuxta illius religionis et iuris Canonici placita expressa iuris prohibito: deficit etiam adaequata iuris ratio inter protestantes et nihil praeiudicci habet separatio in se spectata *L Y N T E R Dec. M C L I X . et M C C X X I I .* Praeponderant nostra argumenta: Vnus est species societas initae, in qua nemo iniucus, vt persistat compellendus: maxime cessante fine ad quem obtainendum inita, aut spe communem utilitatem ulterius per eius continuationem promouendi. Communio contra est mater discordiarum, quae, vti res ipsa loquitur, dissensu patronorum in eligendo et praesentando frequenter obuio, aliter quam per dismembrationem componi vix potest. Hoc satis est rationis. Sique patronus filiae iure suo non excidit per filiationem, sequitur eundem multo minus per indirectum dissensu

X

dissentium aliorum compatriorum eo iure priuari debere: hinc deficiente alio verosimili temperamento, recurrentum esse ad pristinum statum, quo solus ecclesiae sua pastorem dabat. Illud tamen dubio caret, eundem dum hoc intendit, cauere debere, quominus impensis necessariis illa una cum pastore careat. Sicut extra contestationem positum est, patronum matris qui filiam cooptat quae antea patronum nondum habuit, nouae filiae dotem constitutre: eo vero omisso iure suo excidere atque huic alium patronum superuenire. LAMBERTVS de Iure patron. L. III. qu. VII. art.

5. num. 1. 2. 3.

Eo facilius contra, patronus filiae, consentientibus utriusque religionis principiis, dismembrationem obtinebit, vbi forte eius ecclesia cui praefest tanquam patronus, iam antea fuit parochialis; id est proprio parocho, proprio templo instructa; quo casu et minus onerosa est redintegratio pristini iuris; et verosimilior praeualeat coniectura, per abusum potestatis obtentam fuisse olim consolidationem ecclesiarum. Facillime plane consequetur Patronus ecclesiae filiatae dissolutionem vinculi correlatiui dum demonstrari potest, ecclesiam filiam, antequam in eum nexum redacta alii religioni fuisse addictam, sua libertate spoliatam, dote propria exutam, idque omne per vim iniustam patrui matricis, partem bonorum ecclesiastorum vel parochialium aerarium in suum patrimonium redigentis, quandam eueniisse. Multo potius si quando mater vel filia ad alterius religionis castra transeunt, dissoluuntur ecclesiae BAVMGAERTNER de Ecl. matre Cap. VI. §. 2. cum per rerum naturam iisdem sacris utraque interesse non possit, simultaneum vero in una eademque aede sacra, experientia teste maximis laboret incommodis omnimodo reformatandis ipsis penes quos hucdum non extirpatum intolerabilibus, ideo, iura patronorum per istud infringi nequeant.

Eadem facilitate annuendum erit patronis filiae quum ius patronatus reale in ecclesiam matrem competenter, cum feudo cui annexum ad possessores diuersae religionis ab ea cui mater, insimul vero patronus ecclesiae filiae huiusque parochiani addicti, transit, vbi illud Ciceronis ad Q. fratrem: quae natura diuersa sunt, voluntate coniungere difficile est, obtineri atque in aprico, non raro euenire, ut vel odio alterius religionis; vel vexae causa; vel etiam per incuriam, indigno, ni prorbus inhabili candidato suo voto faueat, in quem nihil praiejudicium ex abuso iuris patronatus redundat. Quo ipso cura animarum impeditur; gloria nominis Diuini fusque deque habetur: Quod ut praeueniatrur incommode, tutissime, ad dissolutionem refugiendo, saluti animarum prospicitur. Usasibile etiam hoc remedium, per ea quae Instrumento Pacis Westphalicae cauentur inter addictos ecclesiae protestantium utriusque corporis eam constituentis lutheranorum nempe ac reformatorum eo casu, dum patronus unam earum, ecclesia vero alteram profite-

tur;

tur; quo parochiani nominant, patronus solum ius praesentandi exercet: Quanquam alias, quod protestantes et pontificios inuicem attinet, non insolitum, verum frequenter obtingat, patronum pontificiae fidei, ecclesiae augustanae confessioni additis, et ita inuerso ordine tam nominare quam ad easdem praesentare ministros, dummodo sit talis persona, quae cultui anno decretorio in eadem ecclesia celebrato inseruire possit, per easdem tabulas Pacis Westphalicae. RICHTER Tom. II. resp. 295. FRITSCH Iur. Eccl. P. II. T. VI. conf. I. n. 228. In Electoratu tamen Saxonico, nostrae religioni ita indulgentissime prospectum, ut catholici a collatione munerum ac officiorum ecclesiasticorum, adeoque ab exercito iuris patronatus et praesentandi vt pote praecipuae eius partis, arceantur, illudque interea temporis iussu Principis exerceatur, salvo tamen iure concurrentium cum iis possessorum euangelicorum, quo casu horum vota in suffragium admittuntur; illis vero competentia a Supremo Ecclesiastico Senatu supplentur. Ita dum substitutus Ecclesiae G. praefendantus a possessoribus pontificiae religionis fuerat, idem quem compossores nostras fidei praesentandum existimauerunt, admissus atque rescriptum anno superiore ad Consistorium R. Lipsiense. Nun wir Uns dann bierauf die Person des zu solcher Pfarr-Substitution ersehenen Studiosi, J. F. S. daferne derselbe in dem diesfalls vor euch abzurwartenden Examine bestehet, auf die hierza von denen beyden Evangelischen Theilbabern ermeldeten Gutbes G. A. F. W. v. N. und M. D. A. F. von N. cum Curatore fol. 20. seqq. A&G. Conf. beschobene Praesentation; immassen die ubrigen der Romisch Catholicischen Religion zugehanen zum Theil noch unmündigen Mitbeteizern erwebnen Gutbes, vermöge der Landes-Verfassung zu sothaben Exercitio Iuris Patronatus keineswegs zu admittiren, und dhabero deren fol. 24. eingebestete gleichfalls sich angemassete Praesentation ab Actis zu remouren und zu cassiren, gestalten Dingen nach, gefallen und geschehen lassen können, daß derselbe zu sothanner Pfarr-Substitution, nach erfolgten Examine und verrichteten Probe-Preldigt admittiret werden möge, immassen Wir dieserwegen und der sodann ihm von erwebnen beyden evangelischen Theilbabern respectiuem cum Curatore, und durch den Beamten zu P. Kraft dieses und salvo iure auszustellen den Vocation auch fernern Praesentation balber, zur Confirmation, Inhalts der copeylichen Anfuge vom heutigen dato, an den Superintendenten und befragten Amtmann zu P. besondere Verfügung gethan.

Non ingratum fore lectruris confidimus illustrari eadem quae proposuimus, praeiudiciis causae inde ab anno huius seculi quadragesimo Silesiae ventilatae. Ab initio coram Officio administrationis in spiritualibus episcopatus Wratislauiensis, quod et Commissorius Episcopalis nomine venit, decretum publicatum sequentis tenoris: *Wir Verordnete Administrator und Assessores in Geistlichen Sachen des Bissthums Breslau Sprechen und Erkennen*

XII

kennen nach reifer Erwäg- und Ueberlegung alles dessjenigen, was von denen Titl. G. H. und M. Vormundschaften auf K. und G. L. an einem, dann von Sr. Excellenz dem Titl. H. G. v. S. auf B. andern Theile in puncto Iuris Patronatus über die zwey K. K. u. G. L. vor und angebracht, vor und zu Recht: Dass Sr. Excellenz besagter Hr. G. v. S. zunächst Selbter auf die gantze B. Pfarrtheil, (wie aus denen ventilitirten Actis zu ersehen gewesen) allezeit priuatque praefentivit hat, in possessorio summario Iuris praesentandi auf gerügte gantze Pfarrtheil B. consequenter auch auf die dabin gebörige Filial-Kirchen zu K. und G. L. (welche auch in so lang vor solche zu halten seyn, bis das contrarium mit rechten Grund erwiesen seyn wird) mit allem Rechte zu schützen. Die G. H. und M. Vormundschaften hingegen mit ihrem diesfalligen Anspruche, wie hiermit geschiehet, ad possessorium ordinarium seu petitorium umb darinnen sich behörig und dergestalten auszuführen, dass Sie ihr vermeintliches Ius praesentandi jemahlm exerciret haben, oder zu exerciren befugt gewesen, zu verweisen seyn. Compensatis vtrinque expensis. V. R. W.

Quo adstruitur, mentione viuis ecclesiae tantum in vocatione vel praesentatione factae, reliquas non nominatas, in dubio filias censi, nec harum patronos ut concurrens admitti, nisi in possessorio vel petitorio ius praesentandi deducere valeant. Quieuerat istud litigium per aliquod tempus. Mutatis subinde possessoribus Dynastiarum, qui ius patronatus reale eorum obtenu sibi asserebant, necessitas nouae praesentationis suscipienda, excitabat pristinam controvuersiam in supremo Tribunal Bregensi, quod his conceptis verbis decernebat: Dass

nachdem Beklagter selbst nachgeben müssen, dass zufolge Iudicati vom 23. Febr. 1740, das Dominium zu B. sich in possessione iuris praesentandi deren K. und G. L. Kirchen qua filiarum der B. Parochie befindet, als auch dass er zugeständlich den Parochium R. zur Administratione Sacrorum et perceptione fructuum bereits admittiret.

Des Herrn Klägers Liebden in possessorio summario iuris praesentandi auf erwebte K. und G. L. Kirchen qua filiarum der ecclesiae matris B. zu schützen sey, jedennoch aber Bekl unbenommen bleibe in Petitorio an- und auszuführen, dass nicht nur ebendem die K. L. Kirche ecclesia Mater gewesen, und einen besondern Parochium gehabt, sondern auch er und seine Vorfahren das Guth L. cum iure Patronatus erkaufet, dannenhero auch derselbe nicht vor schuldig zu erkennen.

Da einen jeden frey stehet sein Recht protestando zu verwahren, die eingeklagte Protestation zurück zu nehmen, jedoch kann Bekl. sich nicht entbrechen,

indem es nur an ihm gelegen, das ihm nachgetafse petitorium anzustellen so er aber zeithero unterlassen, mithin offenbar causa dieses litigii ist.

Des

Des Herrn Klägers Liebden die hierdurch verursachten, in dem 10 Thbr. s Gr. integraliter passivenden Deseruito des C. R. S. bestehenden Kosten, zu ersetzen. V. R. W. Instituto petitorio per modum actionis negotioriae vtilis, praetereaque in progressu litis petita separatione ecclesiarum a patrone ecclesiae Micro L. et Macro L., inter quas illa mater respectu huius, haecque filia prioris asserebatur, contra patronum ecclesiae B. qui tanquam patronus huius, quippe matris, sibi soli ius praefentandi intuitu illarum binarum ecclesiarum quoque arrogabat, in citato Summo Dicasterio Bregae constituto mense Dec. superioris anni pronunciata sententia, cuius formula, insertis rationibus, haec: *Dass Kläger das Patronat Recht, und die Collatur von denen beyden Kirchen G. und K. L. zuſtelle, mithin derselbe wohl befugt, solches durch Wechselweise oder mit Beklagten gemeinschaftlichen Ernennungen des Pfarrers zu B. dergegen zu exerciren, dass ibm 2 Vota zuſtellen müssen: Es könnte und wollte denn der Bekl. binnen Ordnungsfrist Salua reprobatione erweisen, entweder*

dass die vormaligen beſitzer von G. und K. L. sich des iuris patronatus zum fauer der B. Kirchen begeben, oder den vormaligen Beſitzern, der Herrſchafte B. und Beklagten, das priuatissimum Patronat-Recht auf die G. und K. L. Kirche rechtlich übertragen worden.

Oder

das Beklagter dieses Recht per Praescriptionem acquiriret habe.
Vermögte hingegen der Kläger, wenn Beklagter keine von diesen ihm zu erweisen nachgelassenen alternatiuen darzuthun vermöchte, binnen Ordnungsfrist Salua reprobatione erweisen, dass die vno der quaestorirten Kirche zu K. und G. L. mit der B. Kirche auf eine zu Recht nicht beständige weise geschehen sey; So erginge sodann in Anjebung des auf die Auspfarrung der quaest. Kirchen gerichteten petiti ferner was sich gebübret, referuatis expensis V. R. W. Denn, wenn gleich der Kläger durch die Inducta sub B. fol. 13. et 14. C. D. E. F. fol. 15. 23. 46. völlig erwiesen hätte, sowohl, dass ehemal die K. L. Kirche, Ecclesia Mater gewesen und einen besondern Parochium gehabt, als auch, dass er und seine Vorfahren, das quaest. Gut cum iure Patronatus erkaufft habe, so würde doch dieser Beweis zu Beförderung, des Klrn. in petitorio formirten petiti für zureichend nicht erachtet werden können, und dabero auf die Bekl. darwieder formirte exception Rücksicht zu nehmen seyn, indem eines Theils aus der sehr unbestimmten Zeit, dass solches ehemal so gewesen, noch nicht die nothwendige Folge zu ziehen seyn würde, dass dem Kläger das ius Patronatus competit, und solches niemals per Padum per Praescriptionem oder alio modo abgeändert werden können, andern Theils eben so wenig durch das Negotium zweyer Personen das Recht eines tertii bestimmt, und dieses als ein Beweis wieder gedachten tertium gebraucht werden kann. Wenn nun gleich dieser Beweis dem Kl. per Sent.

XIV

in possess. fol. 23. vom 2. Sept. 1763. in petitorio nachgelassen worden, so ist solches nur blos in der Absicht geschehen, in soferne solcher in instituirten petitorio zu Begründung der Intention des Klegers für relevanter erachtet werden würde, ohne den Effect dieses Beweises und dass das petitorium dadurch exhauiaret seyn sollte, zu bestimmen, als welches dazumahl, da nur blos der Streit über den Besitz und die Sache zu einem Definitiv-Erkenntniß in petitorio noch nicht instruirt gewesen, natürlicher Weise nicht geschehen können. Es kommt dagegen bey der Entscheidung der gegenwärtigen Sache hauptsächlich auf die Frage an: Ob per vnonem Ecclesiae per Subiectionem der Dominus der Ecclesiae filiae sein Ius Patronatus in Ansehung der selben verliehen

BOEHMER in iure Eccles. protest. Lib. III. Tit. V. §. 127. sqq.

behauptet daselbst mit triftigen Gründen, und widerlegt die Dissent, welche auch in praxi recepta Opinio ist, dass Patronatus Ecclesiae vnitiae post vnonem sein Recht keinesweges verliebre, sondern bey der Vocation, Confirmation, etc. entweder concurrere, oder solche Wechselseitweise exercire, und dass derjenige, welcher, dass solche geschehen sey, behauptet, den Beweis führen müßte, dass diese vnon die in denen Gesetzen erforderlichen requisita gehabt habe, es wäre denn, dass eine Praescriptio immemorialis vorhanden, als welche loco vnonis solenis sey.

Nun beyde Theile darinnen einig, dass die Kirche zu G. und K. L. vorjetzo filiae von B. sind, und dass folglich in Ansehung dieser eine Vnio geschehen sey, obgleich nicht constiret, zu welcher Zeit, und aus was vor Ursachen.

Wann nun bey dieser Vnon per Subiectionem, wenn eine Ecclesia die filia einer andern wird, der dominus das Patronat-Recht nicht verliert, wenn er sich dessen nicht in fauorem eines andern ausdrücklich begiebet, dass solches geschehen, aber ex Actis nicht erhellet, so hat der jetzige Kläger in petitorio, da der Beklagte in possessorio obtiniret, nach der Lage der Sache, in petitorio keine andere, als actionem negatoriaim vtilem anstellen können, vermöge deren er dem Beklagten das priuatue Exercitium des quæstionirten iuris negiret. Nach der Natur dieser Klage hat also nicht den Kläger, sondern dem Beklagten der Beweis, dass ihm dieses Recht als ein singulare quid zufrete, zur Last fallen müssen. Nun ist zwar der Beklagte in dem Besitz des quæstionirten Rechts, wie solches aus der zum Fa-veur des Beklagten in possessione ausgefallenen Sentenz erhellet, es scheinet dahero, als ob durch die pro possessione militirende Praesumtion der Beweis des Gegenthals dem auctori auferlegt werden müssen; allein es behaupten bey dieser von denen DD. pro und contra decidirter Quæstion

LEYSER Spec. 109. Med. 6. STRYK. u. m. Tit. V.

und

und die daselbst allegirte DD. daß bey der actione negatoria et negatoria vtili der Besitz den Beklagten niemals von dem Beweis liberire, es hat dabo auch gegenwärtig, da dieses in praxi recepta opinio ist, dem Beklagten der Beweis der acquisition dieses juris, welches er, oder seine Vorfahren per paetum oder alio modo acquiriret haben können, als eine singulare quid auferlegen werden müssen. Desgleichen ist auch dem Beklagten der Beweis der Praescription, in welcher sich derselbe gleichfalls fundiret, da noch zur Zeit sich nicht ex Actis deutlich beurtheilen läßet, von welcher Zeit an, der Beklagte sich in einen uncontradicirten qualificirten Besitz (dergleichen zu der acquisition eines privativen Rechts erforderl wird) des privativen Exercitii des gedachte Rechts befunden, nachgelassen worden. Es hat nun aber der Kläger nicht allein sein Petuum auf die gemeinschaftliche Ernennung des Parochi, sondern auch fol. 16.^b solches auf die Dismembiration oder die Auspfarrung der Kirche gerichtet. Kläger behauptet eigentlich in Anföhung dieses petitii, daß die geschebene Union der quaestione Kirchen, welcher er die in denen Rechten erforderlichen Requista denegireret, dissolviret, die Ecclesiae vnitae in pristinum statum restituiret werden möbten; er behauptet ferner, daß er aus den Quaest. Extract. des Visitations-Buches von 1679. soviel vor sich habe, daß die K. L. Kirche einen eigenen Pfarrer z. Hufen Acker etc. gehabt habe, und dabo Beklagten rite factae vnionis zur Last fallen müßte. Allein es kommt dagegen in Betrachtung, daß das Indulsum des Klägers von 1679. selbst besaget, daß sich dieses olim mitbin selbst Ao. 1679. schon vor einer langen Zeit so befinden habe, nun efficiereit der Ablauf einer solchen langen Zeit, und da der Zeitpunkt, der geschebenen union nicht confirret, die stärkste praefumtion, daß solche auf eine zu recht beständige Weise geschehen sey, welche folglich durch den dem Kläger auferlegten Beweis elidiret werden muß.

Qua ipsa sententia exterorum enunciatur: compatronatus aut patro-natus indeque fluens praefantionis plurium patronorum ius in dubio alternatum aut peruota pro numero ecclesiarum cuiusvis patroni exercen-dum esse: solitarium ius praefantandi sibi afferentem, licet in possessione constitutum, nihilominus probatione onerandum esse: ex filiationi locum non relinqui nisi vniione quondam illegitime facta: in praxi receptam ubique reputari opinionem, quod nequidem vniione ecclesiae per sub-jectionem inita dominus ecclesiae tanquam filiae vnitae quidquam iuris praefantandi vel alius cuiuscunq; perdat: praefcriptionem nonnisi im-morialem vim vnionis solemnis atque legitimae habere: Affertori vni-onis rite obtentae cum acquisitione exclusui iuris incumbere demonstratio-nem possessionis cui non contradicunt, insimul vero qualificatae: deni-que ex diuturnitate temporis, quo sacerorum societas durauit, pro sole-mnitate ac causae cognitione exactissima praesumptionem enasci: Illud ta-men

XVI

men monendum censeo, in casu praesenti, cum ex historiarum monumentis constet Silesiae et praecipue in Ducatu Oppeliensi, seculo decimo septimo euangelicos suis ecclesiis fuisse spoliatos atque ita dictos praedicantes seu verbi diuini ministros electos, neque possessionis haberi debuisse rationem, quandoquidem recte adstruente BERGERO *Resp. P. II.* *Resp. 33.* in possessorio summarissimo possesso vel quasi iuris praesentandi non attenditur, cum de iustitia petitorii ex instrumento fundationis in continentia in contrarium constet, aut actus possessori antiquiores satis ostendantur: Praesumendumque, vniōne ex qua illa possesso praesentandi fluxit, temporariam et casualem violenterque impetratam fuisse; cum praeprimis regulariter vniōnes magis ad tempus, aut tempus indefinitum quam in perpetuum placeant conf. ZIEGLER ad *Lancell. L. II. T. 19. p. 529.* BEYER addit. ad *Carpov. ad L. I. def. 155. 156. num. 4. p. 76.* Quibus et illud superaddio, quod, quemadmodum ius praesentandi toti collegio competens, quaedam illius membra incis, vel inuitis reliquis exercere nequeunt HORN. *Consult. et Resp. Cl. I. Resp. 10.* ita plures compatriotus illud sibi solis sumere non possint.

Sed sufficiant quae de iure praesentandi compatriorum fugitiuo calamis medios inter residuos nundinarum strepitus scripsimus. Praesentandus enim nunc est fururus iustitiae Sacerdos dignissimus, ad ministerium in Themidos templo eiusdemque sacris promouendus. Est ille, sicut auditorum elegantia et morum condecoratio commendabilis; ita *Ordini nostro* pia grataque recordatione Parentis eius in coelum sublati, Collegae nostrae dum viueret merentissimi, humanissimi, suauissimi, post fata semper ac vere desideratissimi futuri: Nec non meritis *Illustris Summe Reuerendi ac Magnifici fratris eius; Praefidis Collegii huius incomparabilis, nobis commendatissimus*

D O M I N V S
I V S T V S H E N N I N G I V S
H O M M E L I V S,
L I P S I E N S I S.

cuius fata ab ipsomet succincte ac modeste ita perhibentur:

Natus sum Lipsiae d. XXII. Decembr. An. MDCCXXIX. patre quondam D. Ferdinando Augusto Hommel, Serenissimo Electori Saxoniae in Summo prouocationum Senatu Dresdensi a Consiliis, reuerendi Capituli Numburgensis Canonic, in hac Academia Pandectarum Professore Publico, et Facultatis Iuridicae Assesse, qui paucis abhinc mensibus ab hisce
terris

terris a Deo vocatus, aeternam iamiam agit vitam, quem optimum parentem adhuc lugeo, nec vñquam vsque ad virae meae exitum, desiderare et venerari desinam; matre vero Iohanna Rosina, D. Iohannis Heinrici Konhardi, qui Supremae Curiae prouincialis, quae Lipsiae floret, Advocatus Ordinarius fuit, filia natu minima, quam honoratissimam matrem adhuc superfitem esse, impenie gaudeo. Pfeiffer, Wend, Bannach, Nordhoff, Albrecht et M. Vogel, praeter sanctioris discipline et pietatis studium, prima litterarum humaniorum fundamenta me priuatissime docuerunt. Demum ad studia me praepararunt Academica M. Bierling et Alburg, de quibus priori loco laudatus, Ecclesiae Sangerhusensi Superintendens praefest, alter vero in hac ciuitate, summa cum laude et sinceritate Praxin exercet forensem. Academica ciuitate d. XXIV. Maii An. MDCCXLVII. a Rectore huius Academie eo tempore Magnifico Maio, nunc beato, donatus sum. Ernestium, B. Christium, Gellertum, elegantiiores litteras docentes audiui, nec non B. Glöcknero, vt et M. Baue-ro, iam Scholae Laubenensis Rectore, ducibus, iisdem litteris priuatissime dedi operam. In philosophia Winklerum, in historia Belium et B. Alandum audiui. In historia iuris, in iure civili, feudal, canonico, germanico, publico, modo procedendi in iudicio, arte Acta referendi, exercitiis disputationis et examinatoris B. patrem et pie colendum fratre, porro Zollerum, B. Bauerum, B. Bachium, B. Siegelum, B. Alan-dum, et B. Ioachimum, doctores secutus sum. Absolutis in Academia patria studiis iuridicis Illustrem ICtorum Lipsiensium Ordinem adiens, die XXVII. Nov. MDCCCLVIII. peracto consueto examine, primum in iurisprudentia gradum Baccalaureatus accepi, deinde Matriculæ Aduocatorum Saxonorum, exhibito antea specimine, die XIX. Maii MDCCLIX. adscriptus sum et Praxin forensem hucusque exercui, denique ab Amplissimo Senatu huius ciuitatis die XXVII. Aug. MDCCCLXII. Notarius publicus creatus, et d. XII. April MDCCCLXIII. confirmatus sum.

Hacenus ille. In foro ac exercenda arte Notariatus egregie versatus ad ipsos summos in iure honores nunc adspirauit. Superato examine rigoroso, quo spem nostram de eruditione eius conceptam expleuit non modo sed et superauit, vñanimi voto illos vtpote promeritos ipsi decrevit *Ordo notariorum*; Superest antequam eo pertingat, vt instanti die XXIX. huius mensis Maii hora a meridie II. Lectione cursoria

L. 8. C. de Revocand. donat.


explicet, in sequente vero XXX. die eiusdem Mensis sub Moderamine Perspicacissimi indefessi ac consummatissimi ICti Dn. CAROLI FERDINANDI HOMMELII, Serenissimo Saxoniae Electori Aulae in Rebus iustitiae Consilarii Eccles. Cathedral. Martisb. Canonici, Supremae Cur. Prov. Lips. inter Doctores Assess. Primar. Decretal. in b. Acad. Professoris, Fa-

XVIII

cuitatis Iuridicae Ordinarii, Acad. Decemuir. et Consil. perpet. Dissertacionem, cui Titulus: *Rapportus quaestionum in foro quotidie obuenientium neque tamen legibus decisarum, Collectio IV.* inauguralem defendat. Quo peracto certamine, honores et priuilegia Doctorum Iuris, qui in Collegii nostri confessus promotionis iure non vocantur, ipsi conferentur. Iusu enim supremo et Auctoritate Celsissimum Principum FRIDERICI AVGVSTI, Electoris benignissimi, et X AVERII, Administratoris sapientissimi fortissimi Dominorum nostrorum longe clementissimorum, quorum una cum Celsissima MATRE, ELECTORALI Patriaque Optima, quam terra unquam coluit, in hac vrbe nupera commemoratione, in Ordinem nostrum, nostrumque Auditorium effusam gratiam alta mente repostam, in aeternum humillima religiosissimaque recordatione venerabimur utque seruentur modo nostris votis, nostrae saluti nostraque adorationi immortales, ardentissime precamur, constitutus ego Pro cancellarius, munus Promotoris contuli in Collegam coniunctissimum, Virum Excellentissimum ac Consultissimum Dominum CAROLVM GODOFREDVM WINCKLERVM, Facultatis nostrae Assessorem de eadem optime merentem, Supremae Curiae Provincialis ac Consistorii Aduocatum Ordinarium ac Senatorum ciuitatis grauissimum. Is ergo statuto die, ista Dignitate annexisque iuribus eundum exornabit. Quae solemnia, vt Rector Academiae Magnificus, Comites Illustrissimi, Proceres, vtriusque Reipublicae sua illustriorem reddant praesentia: nec non Generosissimi ac Nobilitissimi Almae huius Cives, concelebrent, omni qua par est obseruantia atque humanitate etiam atque etiam rogo, atque contendeo. P. P. Lipsiae ipso Feste Pentecostes A. S. R. MDCCXLV.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



ULB Halle
005 423 643



3

Sb

7 fellett





PROCANCELLARIVS
D. AVGVSTVS FLORENS RIVINV
FACVLT. IVRID. ASSESSOR. CAPITVL
WVRGENSIS DECANVS

SVMMOS IN IVRE HONORES
PRAESTANTISSIMO CANDIDATO
DOMINO
IVSTO HENNINGIO HOMMELIO

LIPSIENS
D. XXX. MAII A. S. MDCCCLXV.
TRIBVENDOS
INDICIT.